Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Gottlieb Christophori Harles Anthologia Graeca Poetica

Harless, Adolf Gottlieb Christoph

Baruthi, MDCCXCII.

VD18 13527622

Widmung

urn:nbn:de:gbv:45:1-18225

Visual Library

SERENISSIMO PRINCIPI AC DOMINO

DOMINO

FRANCISCO FRIDERICO ANTONIO

DVCI SAXONIAE

ET

PRINCIPI HEREDITARIO

TERRARVM COBVRGO-SAALFELDENSIVM

ETC. ETC.

DOMINO SVO INDVLGENTISSIMO

HVNC LIBELLVM

SVBMISSE ET DEVOTE

D. D. D.

GOTTLIEB CHRISTOPHOR. HARLES

Landesbibliothek Oldenburg

PRINCEPS HEREDITARIE
SERENISSIME
DOMINE INDVLGENTISSIME

Tvo nomini SERENISSIMO hanc inſcribere Anthologiam, eo minus dubitaui, quo dulcior eſt menti gratae meae recordatio lenitatis, qua olim erga me, Coburgi commorantem et in illuſtri gymnaſio academico docentem,

Landesbibliothek Oldenburg

ſemper vſus fuiſti, et quo firmius inhaeret oculis ſuauiſſimae imaginis TVAE, quae mihi haec ſcribenti, tamquam dea blandiſſima, obuerſatur, memoria, quam nulla aetas obſcurabit, nedum delebit. Atque, quum Chreſtomathiam graecam, olim TIBI ſubmiſſe dedicatam, Sereniſſimo accepiſſes vultu, fore, vt hanc Anthologiam pari Serenitate excipias, pro iis, quae in TE reſident, diuinis

virtutibus, humanitate, comitate, beneuolentia ac benignitate, ſpero et confido: ſaltem id vt facias, mihique, hunc libellum TIBI, DOMINE, cum teſtificatione deuoti gratiſſimique animi danti et dedicanti, indulgentiſſime ignoſcas, ſubmiſſe oro rogoque. Ego vero pro TVA *domusque Sereniſſimae Coburgenſis* perpetua felicitate atque incolumitate ad ſidera preces numquam non mittam arden-

tiſſimas. Vale, dulce decus, ſpes et praeſ-
dium TVORVM. Scrib. Erlangae d. XIII. Apri-
lis CIƆIƆCCLXXXXII.

PRAEFATIO

Quum in Gymnaſio academico Coburgenſi, cuius memoriam grata mente vſurpo, et cui deus faueat, litteras bonas docerem, in vſum mearum ſcholarum ex iis potiſſimum poetis graecis, quorum exemplaria tum quidem temporis minus obuia erant, particulas, quas puerili ac iuuenili ingenio aptas iucundasque fore exiſtimabam, delegi, notisque illuſtratas emiſi in vno faſciculo, addita *Ariſtophanis* comoedia, *Plutus* inſcripta *). Nec labor exitu caruit optato. Plures enim doctores tam ſcholaſtici, quam academici illam collectionem haud indignam habuerunt, quam in ſcholis ſuis graecis interpretarentur. Quare ſeptem fere poſt annis nouam parraueram editionem, et ordinem poematum, vt a facilioribus ad difficiliora commodius progredi poſſent iuuenes, multaque alia mutaueram. Inſuper alia adieceram carmina; ſed verſionem faciliorum intellectu particularum latinam, fabulam Ariſtophanis, a me poſtea ſeparatim editam **), ne libelli creſceret moles, omiſi. Ideo nouam ***) in fronte libri

*) Libri inſcriptio eſt *Chreſtomathia graeca poetica.* etc. Coburgi 1768. mai. 8.

**) *Ariſtophanis Plutus — et Coluthi raptus Helenae* etc. Noribergae 1776. 8.

***) *Anthologia graeca poetica.* Noribergae, in officina Felſeckeriana, 1775. 8.